

Cum aliquot retro annis, nobilissime Domine, perquam raro Hagae
commearim, tum vix inquam me istuc venisse memini, quin salu-
tandi tui oportunitatem captarim et veterem renovandi obser-
vatum. quoties autem ad limina accessi tua, quod saepius factum
fuit, absentia tua vel occupationes quod explere non possim deside-
rium auxerunt. Ea quidem res nuperrime effecit, ut in adyta ir-
rumpere ausus fuerim, et velut ad Larium tuorum sive Musarum
altare deposito qualicumque munere testari quem coram adpro-
bare affectum dudum exoptassem, simulque expiare si qua ne-
glecti officii commissa videretur culpa. Quod cum non adeo in-
gratum tibi, vir humanissime, fuerit, ut benevolentiam erga
me tuam cognoscere quiderit etiam Romanis Soppes, atque
elogio praedicavit, sane pro ea re rependere eidem munus gra-
tiam perbelim. me impulsore ille ad benignae humanita-
tis tuae signum, quo inditatus ultro fuerat, se recepit. Et
modo ab eo rediit, non solatii tantum, sed etiam spei opti-
mae ac fiduciae plenus, ut tanti imperatoris vel solo mira-
vincere possit iniquitatem fortunae, cum qua illum tractari
iussit virtutis ac honoris amor. non sines, equidem spe-
ro, qui utriusque deae coltris sacerdos, ut earundem cultor
a veteri Gaud degener gente sua, destituatur favoris tui
ope ac clientela, praesertim cum a tebi momento pendeat
ut ex misero illum, saltem sibi, efficias beatum. Quid per
se mereri, nemo te spectatore hominum peritissimo me-
lius perspexerit. quem autem exhibet se ut videatur esse,
acta inter nos vita et diuturnior consuetudo Sactenus pro-
babat. neque de peregrino homine tamen dubitare permittunt
litterae, quas frater meus proxime ad me Roma dedit.
Ipsa earum verba infra subiungam, ut firmior sit fides.
Ex quibus hoc quoque videbis, Amplissime Domine, opta-
tum gratiae tuae fructum non ad eum duntaxat, sed
etiam ad me fratremque meum, aliosque nobis forte
maiores apud te, dimanare posse. Id saltem hoc consequar
ego beneficio tuo, ut habeam quod pro latissimo bene-
volentiae tuae erga me constantes munus egregius vir
me sibi retulisse putarit. Interim, qui me obstrictum
profitebor, Deum opt. Max. rogo, ut tibi tuisque res
omnes probatas ac publicas prospere fluere ex voto
sinat, et post nestorios annos aeterna beatitudine ab-
solbat. Leida III Jan. MDCCXV.

Qui a describere quod proposue. Nobilissima Ampl. tuae
ram non vacabit, ipsam mittere adductissimus
epistolam non erubui: vita ordini
et nimio amori, quem profitetur
frater, pro humanitate tua condonaberis,
quod sic peccatum esse videatur.

1672
11/11

[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or Dutch, covering the majority of the page. The text is written in a cursive hand and is significantly faded.]



Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Illustri et magnifico
Dno, D. Constantino
Hugenio, Zulegemii,
Lec. Domino, Ill. mi
Principis Auriaci Con-
siliario.

Amica manu.